

ut propositum disponentis melius exprimatur, notum est in præxi, & ponderavit etiam ad hunc propositum Rot. in recent. decif. 276. n. 6. part. 2. & decif. 122. n. 29. & 39. part. 4. tom. 2. ubi quod alia quælibet originalis scriptura de facili vitiat.

Eadem responsione tolli visum fuit objectum de pluribus additionibus, quæ in margine Testamenti, & post subscriptionem leguntur, + quia omnes apparent conscripta manu ipsius Testatoris, & consequenter venit illis praestanda fides ad tradita per Bald. in Rubric. Cod. de fid. instrument. num. 2. Alexand. confil. 59. num. 5. vers. non obstat. lib. 2. & confil. 14. num. 35. lib. 6. Cravett. confil. 88. Castren. confil. 131. n. 2. vers. si constat lib. 2. Rot. decif. 122. n. 8. part. 4. tom. 2. recent.

Minus argui potest imperfectio voluntatis, ex dilatione consignandi scripturam Notario, ex deturpatione ejusdem scripturarum, & ex negligencia loci in quo reperta sunt, scilicet immundi, & ubi Testator comeditibilia servare solitus erat. Hæc enim omnia visa fuerunt inefficacia ad arguendam imperfectionem voluntatis, siquidem dilatio consignandi scripturam Notario, contingere potuit, vel ex solito Testamentorum, qui hunc actum ad ultimum vitæ spiritum differre solent, vel quia sciens suum Testamentum tanquam favore pice cause factum sine publicatione, & aliis solemnitatibus Juris Civilis sufficeret.

Non etiam deturpatio, cum & ipsa causari potuerit ex diuturnitate temporis, & nimia illius contrectatione.

Conjectura vero imperfectionis deducta ex negligencia loci, ubi Testamentum servabatur, cessat ex facto cum Testes deponant illud fuisse retentum sub clavi in ejus scanno, vel pulpite, ubi secretiora, & pretiosiora custodiebantur. Unde potius insurget contraria conjectura, + quod scilicet ex custodia tanti temporis in loco adeo tuto presumatur matura deliberatio, & perfecta voluntas Testatoris, ut admonet Jason. in authent. quod sine num. 1. Cod. de testament. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 7. nu. 5. lib. 4. & confil. 224. n. 67. & confil. 267. nu. 15. Mafcard. de probat. conclus. 402. nu. 2. Gratian. decip. forens. cap. 235. nu. 19.

Neque hujusmodi præsumptio tollitur ex eo quod post obitum Testatoris folia in quibus descripta erat dicta ejus voluntas reperta fuerint separata, & inter chartas, sive scripturas levius momenti. Quia cum id non contingit vivo Testatore, sed eo defuncto in aperitione pulpite casualiter + ex incuria mandatarii confraternitatis Sanctissimi Sudarii hæredis institutæ cui Testator Claves consignaverat, ut deponunt Testes, utique, nullum exinde oriri potuit prejudicium, ut probat text. in leg. Puplicati la secunda. Ubi quamvis ipsa materia in qua primum à Testatore scriptum, relictum fuit casu, qui probatur C. de testim.

Non etiam refragari visa fuit declaratio Testatoris, quod vell condere Testamentum, & Actualis vocatio Notarii pro eo condendo, ex quibus Informantes pro Morono inferebant, quod Testator non habuerit præcedentem dispositionem pro perfecta, alias frustratorium fuisse velle condere aliud Testamentum, Domini enim ultra quod pro responsione animadvertebant, quod Testes de dicta declaratione, &

vocatione Notarii deponentes partiuntur exceptiones Personales, & signanter Quintus, qui deponit se fuisse rogatum a Testatore pro rogatu Testamenti, redditur suspensus propter verisimilem aversionem, quam habere potuit erga controversum Testamentum, cum in eo apparcent delecta plura legata sibi, & ejus filio. ac Ecclesiae Nationali, ante relictæ; Ex tali namque possibili aversione erga Testamentum, & Testatorem, innuit illius fides, ita ut non sit idoneus, & omni exceptione major, prout requiritur ad impugnandum Testamentum, ut in specie consuluit Alexand. confil. 146. num. 3. lib. 5. ubi quod ad hunc effectum redditur inhabilis ex præponderantia affectionis in unam partem, & sequitur Rot. in recent. decif. 84. num. 5. part. 4. Et ex eadem ratione, redditur suspensa fides aliorum Testium, cum, & illi nimiam præ se ferant propensionem erga personam Claudi ex spontanea ipsorum oblatione pro examine, aliquis per eos gestis pro infringendo hujusmodi Testamento.

Fuit ulterius pro remotione hujus objecti consideratum, quod admissa etiam probatione dictæ declarationis, & vocationis Notarii; Adhuc declaratio Testandi intelligi possit de Testamento + solemnni, hoc est, de publicando jam factum cum solemnitatibus Juris Civilis, quæ propterea non excludit perfectionem voluntatis ex privata scriptura, & perfecta elicita, ut in puncto adverbi Ruin. confil. 1. numero 22. ad med. vers. vel. est dicendum lib. 2. & bene distinguendo Gratian. decip. forens. dicto cap. 895. num. 21. cum duobus sequentibus. Et ad eundem effectum censetur vocatus Notarius, non ut Testamentum conderet, sed ut conditum in meliorem, ac solemniores formam pro facilitiori probatione redigeret, & redactum publicaret, ex cuius defectu non oritur imperfectio aliqua voluntatis, sed solemnitas tantum, ut tenet Alexand. confil. 114. num. 7. lib. 7. Cephal. confil. 99. num. 8. Crass. in s. Testamentum quæst. 7. Gratian. dicto cap. 895. num. 21. cum duobus sequentibus. Paris. eodem s. Testamentum quæst. 7. Rot. coram Seraphin. decif. 581. n. 21. cum duobus, & novissime pluribus aliis cumulatis Modern. Cusentini. de Juribus Patr. potest. part. 2. cap. 8. num. 63. & 64.

Neque refragatur DD. allegati pro parte Moroni, nam Morottus + confil. 6. num. 14. loquitur in casu quo Testator in eadem scriptura declaraverat se velle testari coram Testibus adhuc, & rogatis, & ore proprio nominandis, quodque intendebat in scriptis redigi suum nuncupativum. Testamentum, pluraque concurrebant quæ suspensionem voluntatis convincebant, Peregrin. de Patavin. 33. nu. 15. loquitur in Testamento non scripto manu Testatoris, sed Notarii contra quod magis urget dilatio publicandi, cum tali casu videatur per eum electus modus testandi per Notarium.

Castill. decif. 59. ponderat, quod Testator recuperaverat testamentum Notario traditum, iludque diffigilaverat, & aperuerat, nec curaverat illud amplius claudere, quæ erant nimis clara signa mutationis primæ voluntatis.

Decif. 576. p. 2. recent. Loquitur in casu in quo non solum deficiebant testes, sed ulterius scriptura carebat die, mense, & anno, non erat scripta manu Testatoris, sed Notarii, & verba erant concepta per tempus de futuro, consequenter expectabant

expectabant perfectionem voluntatis in futurum ibi. Che il Notaro si rogarà del d. testamento sia obligato, &c. Quæ verba important præparationem ad testamentum, sed non dispositionem ipsius testamenti.

Demum levis momenti habita fuit pro imperfectione voluntatis conjectura illa deducta ex nulla mentione facta in testamento de nepote, quem supponitur Testatorem vero affectu dilexisse; Quia ultra alias responses ab informantibus pro venerabilis Archiconfraternitate datas, visum fuit, & illius personæ rationabiliter provisum fuisse in legato anno scutorum centum relichto ejus Patri pro suis, & propriæ familie indigentii.

Et ita utraque parte informante resolutum fuit, &c.

DECISIO CXX.

R. P. D. MELTIUS.

Anconitana Salviani seu Domorum.

Veneris 11. Maii 1657.

SUMMARIUM.

- 1 Dote in constituenda quæ inspiciantur, & n. 7. In arbitrandâ, solum familia attenditur. n. 6.
- 2 Pauperis post decollationem detegitur, de tempore præcio est probanda, n. 8. Ab effectu probatur, n. 9.
- 3 Debitor post decollationem nihil potest facere in prejudicium creditorum.
- 4 Actiones decollunt transire in ejus creditoris.
- 5 Dos scutorum 1500. Anconitana dicitur congrua.
- 10 Probat per evidentiam facti superlativa.
- 11 Appellari potest à sententia illius habita notitia.
- 12 Citari debet habentes interesse principaliter in causa.
- 13 Fideicommissum si sine filiis expirat gravato decedente cum filiis. Amplia ut nu. 14.
- 15 Filii in conditione positi non censentur vocati. Fallit ut n. 17. Ex compendiosa non dicuntur vocati, n. 20. Ex legatis perpetuis non censentur vocati, num. 21.
- 16 Statuto cessante intrat jus commune.
- 18 Vocatio filiarum post conditionem si sine filiis, & earum filiarum intelligitur per vulgarem.
- 19 Digressus ad plures substitutionum gradus non consideratur ubi unus, aut duo gradus contemplati apparent.
- 22 Reversio quies disponitur jus hæreditarium non autem personarum consideratur.
- 23 Descendentes in conditione positi, ut dicantur vocati leviores conjectura sufficiunt. Declara ut num. 24.
- 25 Legitima fideicommissio gravari nequit, & num. 26.
- 27 Alienata per gravatum imputantur in legitimam, nec possunt per fideicommissarios revocari.

Non obstat, quod informantibus pro Ballistrero & Molinario presupponant Angelum d. Marice Patrem fuisse valde divitem, ac habuisse capitale scutor. 4000. atque ita illius ratione non fuisse excessivam dotem Elisabethæ assignatam in dictis 4000. Quia quicquid sit de hoc opulento capitali, cum testes inducti ad illius probationem testentur solummodo illum habuisse quedam paucam stabiliæ, & nihil concludant quod illorum valorem; est animadvertisendum, quod de tempore constitutæ dotis Elisabethæ illud adeo diminutum fuerat, ut ad nihil fere redactum remaneret, & propterea illius creditore, qui ab eodem debitam satisfactionem reportare non

f 4 poterant

tis constitutaæ Elisabethæ filie Marci Jovitæ in scutis 4000. & ex causa legitimæ debita Marco in bonis Angeli ejus Patris, dum sub hac die ad trutinam fuit revocata d. decif. DD. placuerunt illius fundatæ, & propterea in ea persistendum esse declararunt.

Excessivitas autem d. dotis fuit visa satis clara. Quia in dote constituenda filiæ cum inspicienda sit qualitas personarum, & bonorum quantitas, + nec non consuetudo regionis, atque exemplum aliarum mulierum ab eadem familia nuptarum, ut Rota firmavit coram Pen. decif. 595. n. 1. & fuit resolutum in Rom. fideicommissi de Lancellotis 14 Junii 1615. cæterum coram R. P. D. meo Zarate, non potuit constitui Elisabethæ filia Marci dos in scutis 4000. etiam ut volunt Ballistretus, & Molinarius, nam ipse ut Mercator ære alieno valde gravatus, atque decoctus reperiebatur detenus in carceribus dicto tempore constitutionis hujusmodi dotis ad instanciam suorum creditorum unde detecta manebat ejus paupertas, + res non erant amplius in statu primævo, ut declarat Gratian. decip. forens. cap. 708. num. 24. & sic non potuit aliquid fieri + in prejudicium suorum creditorum, Bald. conf. 3400. & 432. lib. 1. Gratian. cap. 537. nu. II. Imò omnes illius actiones + tranferant in credidores ad textum, in l. item si unus ff. de recept. arbit. & in l. qui bonis ff. decessione. Rota coram Buratt. decif. 9. & per consequens neque constitui tam ampla dos D. Elisabethæ maximè quia illa, tam respectu constituentis, quam quantitas bonorum detegebatur excessiva, prout etiam talis erat ratione consuetudinis loci & familiæ illorum de Jovitis, nam in Civitate Anconæ + etiam inter Nobiles jam fuit decisum congruum dotem esse scutorum 1500. ut in Anconitana dotis 5. Junii 1651. coram R. P. D. meo Decano, ubi in terminis tractabatur de arbitrandâ dote deducenda ex bonis fideicommisso obnoxii, quo vero ad consuetudinem familiæ demonstratur Angelum Jovitum Patrem Marci dedisse dotem Fiordelisia ejus filia non excedentem sum. scut. 900. cui licet in suo testamento reliquerit legatum scutorum, non tamen voluit, quod de illis ea disponere posset præterquam de scutis 500. alia vero restituerentur Marco ejus filio, & hæredi, & sic quatenus etiam dictum legatum cedere debuisse in augmentum dictæ dotis, in totum fuisse de scutis 1400. unde semper remanet excessiva dos Elisabethæ scut. 4000. ut bene firmatum fuit in decisione, quæ revidetur sub §. nam subdium, nihil est enim, quod magis deseriat + pro arbitrandâ dote scemina dotandæ, quam familiæ solidum, ut monit Bald. novell. de dot. part. 5. privil. 26. col. 8. tit. 2. Decian. conf. 17. n. 3. lib. 2. Menoch. conf. 251. nu. 10. Rota decif. 484. nu. 9. eadem part. 5. recent. tom. 2.

Non obstat, quod informantibus pro Ballistrero & Molinario presupponant Angelum d. Marice Patrem fuisse valde divitem, ac habuisse capitale scutor. 4000. atque ita illius ratione non fuisse excessivam dotem Elisabethæ assignatam in dictis 4000. Quia quicquid sit de hoc opulento capitali, cum testes inducti ad illius probationem testentur solummodo illum habuisse quedam paucam stabiliæ, & nihil concludant quod illorum valorem; est animadvertisendum, quod de tempore constitutæ dotis Elisabethæ illud adeo diminutum fuerat, ut ad nihil fere redactum remaneret, & propterea illius creditore, qui ab eodem debitam satisfactionem reportare non

Poterant, curarunt per longum tempus illum detinere in carceribus.

At fructatorum est querere, quod Angelus Testator reliquerit in sua hæreditate, cum attendendum sit illud, quod habebat Marcus ejus filius, & hæres gravatus de tempore, + quo fuit constituta hujusmodi dos Elisabethæ, ut patet ex ipsius verbis, *auct. res qua C. comm. de legat.* ibi pro modo honestati personarum congruo quæ hoc designant, *Jaf. ibid. n. 7.* quo ex hoc infert attendendum non esse divitiarum augmentum alio tempore contingens, sed qualiter personarum *Paris. conf. 63. num. 54. lib. 2.* qui declarat primo loco considerandum esse facultatem gravati, & ejus personam *Odd. de prohib. alien. quest. 43. n. 83.* & 86. ubi quod attenditur qualitas patrimonii ipsorum Jugalium, & non quantum reliquerit primus Testator, optimè firmatur in decis. quæ revidetur sub §. *Nam subsidium*, ubi signanter declaratur, quod quando dos est distrahenda ex bonis fideicommissi, ut in isto casu illius valor calculari non debet juxta tempus mortis fideicommissarii, sed de tempore dotationis cum aliis ibi allegatis, & hoc comprobatur etiam exemplo eorum, qui petunt alimenta, & sumptus litis ratione paupertatis. Quia judex inspicere debet an paupertas sit probata de tempore quo petuntur dicta alimenta, & sumptus litis, nam pauper olim non præsumitur pauper ad effectum, ut propter paupertatem aliquid de præfenti confeatur, cum de tempore + præcito ea sit probanda Bart. in *l. si diverso §. ult. n. 9. ff. soluto matrimon. Salicet. in l. ex persona n. 1. C. de prob. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 27. n. 5. Soccin. sen. conf. 14. n. 42. lib. 1. Rota decis. 170. n. 3. p. 4. recent.* & fuit dictum in Savonen. præpositura 20. Maii 1622. coram Rimboldo.

Nihilque refert, quod Elisabetha nuperit viro valde affluens, quia dum ille eam ducere in uxorem voluit, non obstante, quod ejus Pater detineretur in carceribus ex causa æris alieni, & sciret bona illius reperiri etiam obnoxia fideicommissi, sibi imputare debet si tale matrimonium contrahere voluit, & illius causa præjudicium sentire non debent sores de Franchis Creditrices iis Marci, maximè quia ille excusari non potest, quod ignoraret debita Marci, cum eum viderit in carceribus detentum, tanquam gravatum ære alieno, unde illius paupertas probata remanebat ab effectu, + cuius quidem probationis species est adeò efficax, cum sit sensitiva, ut querere illius paupertatis rationem dicatur infirmitas intellectus, secundum Bald. in rubric. *ff. de re div. colum. fin. & in l. 1. col. 2. C. qui actus non poss. & nulla major probatio + afferri potest, quam ea quæ deducitur ex evidentiâ facti, quæ dicitur omnium probationum Regina per text. in l. penult. & ibi DD. ff. fin. reg. Bart. in l. contra negantem ad fin. ff. ad l. Aquil. Tiraquell. latè de retract. lignag. §. 4. gloss. 1. n. 36. Affict. decis. 23. n. 6. Rota coram Gregorio XV. S. M. decis. 575. nu. 6. cum aliis in causa sancti Angeli Lombardorum, seu Nullius jurisdictionis 26. Aprilis, & 2. Julii 1641. coram Card. Panzirol. bon. mem. Ex quo colligitur hujusmodi dotem Elisabethæ ad alium finem, & effectum non fuisset assignatam, quam, ut haberet virum divitem, & Nobilem, qui defendere posset bona à vexatione creditorum, & sic hac via totum fideicommissum absorbere tur.*

Non obstat, quod pro parte Balthasar, & Molinari dicatur dotem sustineri, saltem pro

quantitate congrua, & condecenti, & sic corrue affiuationem illius solum in excessu, ut etiam innuit decisio, quæ revidetur sub §. cùm igitur; ex quo illi inferunt non esse locum immisione concessæ fororibus de Franchis in possessione duarum domorum, de quibus agitur, quia objectum procedere posset, si dos Elisabethæ constituta fuisset dumtaxat in ipsis duabus dominibus, at cum fuerit constitutum etiam super alia domo, & super prædio, quæ in totum præsupponuntur valoris ad minus seutor. 520. removetur totaliter objectum, nam sola dicta domus, & prædium valde excedunt valorem 81500. quæ sufficiunt pro congrua dote Elisabethæ.

Minus refragatur, quod hujus doxis assignatio per longum tempus dicatur observata, & quod tempore dotationis Elisabethæ fuerit intimum judicium jam motum pro assignanda tali dote in bonis fideicommissi Auctorum dictarum fororum de Franchis. Quia optimè adaptatur responsio data in ultimo §. Decisionis, nempe ut hodie demonstrando injustitiam dictæ assignationis illud judicium non impedit, quin illa impugnari possit, eoque magis, quia non docetur dictas sores de Franchis sive illorum Authorum alias habuisse notitiam + sententiaz desuper latæ, à qua propterea etiam hodie illa possent reclamare ex allegatis in Volaterana Prioratus 15. Decembris 1638. coram bon. mem. Bichio. Et quotiescumque aliquis citatus non fuit ad sententiam, vel fuit citatus tantum domi dimissa copia, quo casu ille dicitur fictus, contumax, ut ei non currat tempus ad appellandum infra decendum à die data sententiaz, sed infra decendum à die habita notitiae solum ita communiter declarant DD. relati Scacc. de appell. quest. 52. n. 13. Specal. tit. de appell. §. 1. sub n. 6. vers. illud autem, Rebuff. tract. de appell. in præfut. n. 6. & art. 1. gloss. 1. sub n. 3. tom. 3. fol. 480. Rota in Placentina decimaram 13. Martii 1648. coram me, §. 1.

Afficeret dictas sores neque potest, si dicatos fuissent ad sententiam alios credidores, nam citandus erat etiam earum Author tanquam habens coæquale interesse cum aliis creditoribus, & ut semper omnes ad sententiam citare debant, qui habent principale interesse + in causa est textus, in *l. d. unoquoque ff. de re judic.* Rota decis. 601. n. 12. part. 4. recent. tom. 3. quod tamen intelligi debet quatenus interesse non fuisset, successivum, id est, quod hodie sores astrictæ, seu eorum Author successissent in juribus demotorum citatorum, nam tali casu citatio illa sufficiens fuisset ex juribus allegatis in decis. sub §. ultimo in fin.

Quicquam non facit, quod Marcus fuerit gravatus ab Angelo Patre de restituendo illius hæreditatem, quatenus deceffisset sine filii, + nam cum d. Marcus obierit relicta d. Elisabetha filia, defecit, & expiravit fideicommissum juxta celebre Consilium Oldrad. 21. quod passim Rota sequitur, ut in decis. 486. n. 1. & seqq. part. 1. recent. & decis. 632. n. 2. part. 4. tom. 3. & dec. 284. num. 8. part. 7. nihilque refert, quod Elisabetha fuerit foemina, + nam conditio si sine filii purificatur non solum per existentiam masculorum, sed etiam foeminarum juxta textum, in *l. si ita scriptum sit ff. de leg. 2. Rota coram Buratt. decis. 834. nu. 2. & decis. 316. n. 1. & 2. p. 1. recent. & decis. 741. n. 29. p. 4. recent. tom. 2.*

Nullius relevantiaz visum etiam fuit, quod dicta Elisabetha uti posita in conditione censeatur

ab

ab Angelo Avo in suo testamento vocata, quia regulariter filii * positi in conditione non censemur vocati ex glossi in *l. Lucius la 2. ff. de hæredit. instit.* quam Rota passim sequitur, ut in decis. 148. n. 10. & decis. 355. nu. 2. part. 4. recent. tom. 2. Idemque firmat Gabr. concl. 4. num. 1. de fideicom. Peregrin. de fideicom. art. 28. num. 5, sed solum appositi dicuntur ad exclusionem substitutorum, ut declarat eadem gloss. in *l. Lucius ff. de hæredit. instit.* Rota decis. 389. n. 3. part. 4. recent. tom. 2. & hujusmodi conclusio eo magis applicatur huic casu, in quo non docetur Civitatem Anconæ habere statutum contrarium disponens, ut disponit statutum hujus urbis, lib. 2. cap. 142, ubi propterea filii positi in conditione censemur semper vocati, quod habet locum, etiam si fideicommissum sit factum in contrario, cùm distincte loquatur ad text. in *l. de pretio ff. de publ.* cum pluribus aliis allegatis in decis. 473. nu. 1. cum duobus seqq. p. 4. recent. tom. 2. Cellante igitur statuto * in hoc casu, ut ille remaneat sub dispositione juris communis declaravit Rota decis. 66. num. 17. part. 4. recent. tom. 2. & coram Peña decis. 603. num. 1. ac alibi passim.

Dicere neque valet, quod etiam filii positi in conditione tunc habeantur pro vocatis * quando extant conjecturæ mentis Testatoris, qui voluerit eas vocare ad tradita per Soccin. in leg. cum Avus in fin. ff. de condit. & demonst. Clarus in §. testamentum quest. 77. in fin. ubi de communis Cravett. conf. 62. n. 6. Hondon. conf. 65. num. 28. & seq. lib. 1. Sard. decis. 162. num. 6. & sequitur Rota, ut apud Put. decis. 215. lib. 3. & decis. 133. nu. 1. part. 1. recent. Quia licet hoc verum sit, tamen conjecturæ deductæ ad hunc effectum pro parte dd. Bafettrii, & Molinari existimatæ fuerunt nullius relevanzie.

Prima enim ex eo elicita, quod in casu obitus Marci sine filiis Testator vocaverit filias, nec non filiarum filias parum urgere vila fuit, dum ista vocatio facta fuit * per meram vulgarem, Alexander conf. 24. nu. 5. ante fin. libro 3. Paris. conf. 44. n. 8. & sequent. lib. Rota coram Caval. decis. 496. n. 14. in recent. decis. 221. num. 6. & seq. part. 5. & fuit resolutum in Avenionen. fideicomissi 30 Aprilis 1646, & 17 Martii 1648. coram R. P. D. meo Verospio, & 22 Aprilis 1652, coram R. P. D. meo Celso.

Secunda defumpta ex digressu ad plures substitutionum gradus prorsus tollitur ex facto, atque ex lectura testamenti, ex quo appetit unicum tantum gradum substitutionis adesse, * & tamen nec etiam duo sufficiente cum plures requirantur, Beauferr. conf. 101. n. 18. lib. 1. Rota in recent. decis. 538. nu. 5. part. 2. & decis. 326. nu. 7. part. 5. & in dicta Aven. fideic. coram R. P. D. meo Celso.

Tertia de compendiosa deducta ex illa dictio, quandocumque, non videtur attendenda, quia filii positi in conditione, * ut numquam vocati censemur propter substitutionem compendiosa declarat Fusar. de substit. quest. 437. sub num. 221. Rota dicta decis. 221. num. 15. part. 5. recent. & in allegat. Avenionen. & quotiescumque concludimus fuit pro non vocatione nulla fuit habita ratio de conjectura elicita ex compendiosa substitutione.

Pariter non obstat quartæ, quod testator gravaverit hæredem, & successorem Marci filii ad restituendum, quia advertendum est, quod fuerunt gravati in legispiis piis, & perpetuis, in

quibus gravantur etiam hæredes extranei ipsius Marci, cum alias onera perpetua non potuerint apponi flante fideicomissu temporali; & in terminis, ut ex hoc inferri non possit ad extentionem fideicommissi firmavit Rota in Romana hæreditatis defossanis coram Giplio impressa penes Giovagn. consil. 97. numer. 22. & 24. lib. 1. Parif. conf. 87. num. 39. & sequentib. lib. 2. ubi dicit hanc conjecturam erroneam, Rota decis. 581. num. 43. ad med. part. 3. recent. & coram Buratt. decisione 385. numero 40. & decis. 272. n. 11. & decis. 283. n. 6. & 7. part. 6. recent.

Legatum seutorum 100. relictum projecto à Testatore, quod voluit, ut reverteretur ad filium, & hæredes, quatenus ille non fuisset vir probus, defervire non potest pro conjectura cùm in illo non vocentur nepotes, sed hæredes quales illi fuerint, quotiescumque enim disponitur reversio, * ut consideretur jus hæreditarium, non autem jus personarum declarat text. in l. fin. C. de leg. Parif. conf. 21. num. 44. & seqq. lib. 1.

Quod vero dicta Elisabetha fuerit neptis ex filio D. Angelii Testatoris, & per consequens descendens ab illo, ex quo infertur, quod pro illius vocazione * sufficient etiam leviores conjecturæ, ut docet Clar. in §. testamentum quest. 77. Put. decis. 215. Rut. in tract. An. & quando lib. 2. cap. 1. num. 11. Hondon. conf. 65. num. 31. Rota in recent. decis. 486. numer. 20. part. 1. & decis. 389. nu. 5. part. 4. tom. 2. & decis. 741. nu. 26. eadem part. 4. tom. 3.

Hujusmodi conclusio benè applicari posset quatenus dicitur Testatorem respicisse ad conservationem agnationis. At cùm de ea per ipsum aliquam fuisse habitum rationem non demonstraret utique conjecturæ ad effectum inducendi vocationem respectu * descendantium debent esse clarae & evidentes, alias descendentes quoque non censemur ex testamento vocati, ut late firmatum fuit in dictis decisionibus in causa Avenionen. fideic. editis, nempe 30. Aprilis 1646, & 11 Martii 1648, coram R. P. D. meo Verospio, & 22 Aprilis 1652, coram R. P. D. meo Celso, & 344. n. 16. 19. & 20. part. 2. recent. Clar. in §. testamentum q. 79. n. 4. Rustic. in tract. An. & quando lib. 1. cap. 3. n. 4.

Demum optimè subsistere visum fuit aliud fundamentum decisionis respicendo legitimam Marci, * quæ cum fideicomissu gravari non potuerit à Patre, Rota decis. 83. num. 8. p. 4. recent. tom. 2. Sed tamen * æ alienum à fideicomissu esset detrahendum, Rota decis. 35. num. 2. & 11. part. 6. recent. de ea potuit d. Marcus liberè disponere, adeo ut quæcumque alienatio per ipsum facta, quæ tamen non excedat quantitatem dictæ legitimæ sustineri debeat, ac in illam imputanda veniat ita ut non possint hodie per fideicommissarios vel habentes ab illis causam alienata vindicari Rota coram Merlino decisione 707. num. 1. & 2. Unde ex hoc etiam capite magis constare visum fuit de bono jure dictarum fororum de Franchis.

Et ita utraque parte inform. resolutum, &c.